

Dominus, ut in multis ei subvenirent, unde quorundam benefactorum nostrorum nomina — hic inserere curavimus: Serenissimus ille Bavariae et Saxoniae dux Hinricus, primus auxilio suo nos juvit et non parvam expensae partem vultu hilari nobis tradidit. — Officiatis — suis, hoc est dapifero, pincernae, ceterisque omnibus ita sollicite injunxit, ut huic festivitati tanquam suae praeessent. Comes Guncelinus de Zwerin, ut saepe ante fecerat, in hac necessitate nobis subvenit, Ericus de Gatersleve, Ecbertus de Wolferbutle, Jordan dapifer, aliique plures etc. — —

## 2. 1174.

Die in Erath's Cod. Quedlinb. pag. 96 f. als *N<sup>o</sup>. XXIV.* nach der Urschrift mitgetheilte Urkunde der Quedlinburger Mebtissin Adelheid vom Jahre 1174 ward ausgestellt: „Praesentibus principibus regni: venerabilis Magdeburgensis ecclesie, Henrico duce Bavarorum et Saxonum et Dedone comite; praesentibus et magnatibus terrae: Burchardo burchravio, Burchardo de Valckenstein, Guncelino de Zwerin, Odalrico de Amersleve; praesentibus etiam ministerialibus ecclesie etc.“

## 3. 10. Juli 1217.

Hermann, Domprobst in Hamburg, Gunzelin (II.) und Heinrich (I.) Grafen von Schwerin, erklären, daß sie dem St. Marienkloster zu Diestorf von ihrem Eigenthume 4 Hufen (mansos) in Bernebek, mit allem Rechte, welches sie daran gehabt, zur immerwährenden Benutzung übertragen haben. „Universis scriptum hoc inspicientibus Hermannus prepositus Hamburgensis, Gunzelinus et Henricus comites Suerinenses salutem et obsequium. Quoniam facta hominum cum tempore transeunt et mutantur, idcirco facta eorum noticie posterorum per scripta authentica commendantur. Scire itaque volumus omnium Christi fidelium tam presentium quam futurorum industriam, quod nos pro eterna remuneratione IV mansos in Bernebeke proprietatis nostre cum omni jure que habuimus in iis sancte Marie in Dis-